Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tamne superbie opus impleuero: et dignum
me existimauero: tocius creature domi
num baptizare:" ~

Et ait ei ihc: Sine modo: sic enim
oportet nos implere omnem iusti
ciam: Non denegauit eum
secta potestatis sue: sed misterium dis
pensationis ostendit dicens: sine modo:
id est scio quod hoc est iustum: ut tu a me
baptizeris: Sed nunc sine: ut iusticiam
baptismatis: non uerbis sed factis adim
pleam: Prius suscipiam: postea pdi
cabo: Quod ergo dicit: sic oportet nos im
plere omnem iusticiam: non hoc significat: ut
si fuit baptizatus: et sic: id est: Quemad
modum baptismatis iusticiam prius factis
impleuit: postea pdicauit: Sic omnem iusticiam
non prius uerbis quam factis impleuit: Unde
et Lucas testatur de illo dicens: Primum quidem
sermonem feci de omnibus o theophile: quem cepit
ihc facere et docere: Aut ita sic oportet nos
omnem iusticiam implere: id est quomodo et bap
tismi impleuit iusticiam: Quomodo impleuit
iusticiam baptismi xpi:" sine dubio: quia
discretionem hominum natura: Nobis enim est
opus hic baptismatis: quia per naturam carnalem
omnino sumus peccatores: Dicam quomodo impleuit
iusticiam baptismi: sic impleuit iusticiam
nascendi: et crescendi: et maturandi: et bibendi:
et dormiendi: et lassandi: sic et suscipi
ende temptationis: sic et timores et fuge et
tristitie: sic passionis et mortis: et omnis
impleuit iusticiam: Id est: sum discretionem quam
suscepit hominum nature: omnes iusticias im
plebit impleuit: Ergo sicut natus est: non
ut homo: sed ut deus: Quasi homo sic crescit: sic
esuriuit: sic repletus est: sic lassatus est:
non ut homo purus: sed deus in homine: Quasi homo
sic alligatus est: sic flagellatus: sic cru
cifixus: et mortuus: Nam homo: sed per discretionem
deus quasi homo: Si autem ita omnia pur homo
impleuit: iam non secum discretionem hominum
omnia impleuit: sed sum naturam: Quid autem
dispensationis est: et contra naturam: si ea
quae passionis sunt homo passibilis patiatur:" ~
Dum autem dicentem iohannem ergo a te debeo
baptizari: Respondit: quod interim
sine: ostendit: quoniam postea xpc baptizauit
iohem: Quamuis in sedecim libris ma
nifeste hoc septum sit: Et Johannes quoque
baptizauit illum in aqua: ille autem
Johannem in spiritu: ~ tunc dimisit eum: ~

Iesus autem baptizatus: confestim ascendit
de aqua: Non in medio qua est positus
est: quoniam confestim ascendit de aqua:
Quid enim interest si tardius ascendisset:"
Ergo ponit sic dicit: Ipse autem baptizatus
ascendit de aqua: Puto autem eum xpi
ad misterium pertinere: omnem quem postmodum
fiunt baptizandi: Ideo dixit confestim:
et non dixit egressus est: sed ascendit:
Quia omnis qui digne sum omnia membra
iusticie: formati et consummati baptizantur
in xpo: confessim de aqua ascendunt: Id est
proficiunt ad uirtutes: et ad dignitatem
sublimantur celestem: Qui enim ingressi fu
erant in aquam carnales et filii ade pecatis:
confestim ascendunt de aqua spiritales
filii dei sunt: Et ne in dicas: quomodo quales
fuerunt ante baptismum: tales permanent
et post baptismum: quia non in penitencia
baptizantur: nec toto corde penitet illos
fuisse quales fuerunt: sed retento peccandi
proposito baptizantur: non non pficiunt gressum
de aqua: Si ergo quidam ex sua culpa
non proficiunt baptizati: quid ad baptismum:
Scptura enim de potestate baptismatis
loquitur: Quid per eis pstare baptismum

Hora

nem iusticia videat impleri
ma bpstatus est